

- 730 *PY.* Chreme. *CH.* quis est? ehēm Pythias: vah quanto  
nunc formonsior  
videre mihi quam dudum! *PY.* certe tuquidem pol multo 5  
hilarior.  
*CH.* verbum hercle hoc verum erit "sine Cerere et Libero  
friget Venus".  
sed Thai' multō ante venit? *PY.* ane abiit iam a milite?  
*CH.* iamdudum, aetatem. lites factae sunt inter eos  
maxumae.
- 735 *PY.* nil dixit tu ut sequerere sese? *CH.* nil, nisi abiens  
mi innuit.  
*PY.* eho nonne id sat erat? *CH.* at nescibam id dicere 10  
illam, nisi quia  
correxit miles, quod intellexi minu'; nam me extrusit foras.  
sed ēccam ipsam: miror ubi ego huic antevorterim.

T H A I S      C H R E M E S      P Y T H I A S      **vi**

- TH.* Credo equidem illum iam adfuturū esse, ut illam [a  
me] eripiat: sine veniat.
- 740 atqui si illam digito attigerit uno, oculi ilico ecfodientur.  
usque adeo ego illi(u)s ferre possum ineptiam et magnifica  
verba,  
verba dum sint; verum enī si ad rem conferentur, vapu-  
labit.
- CH.* Thais, ego iamdudum hic adsum. *TH.* o mi Chreme, 5  
te ipsum exspectabam.